



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An alius confessarius possit commutare pœnitentiam, audita confessione,  
§. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

§. 2.

*An alius Confessarius possit commutare pœnitentiam audita Confessione.*

17 **P**Otest esse difficultas, vel Primò de confessore æquali, hoc est de Confessore, qui valet absolvere eadem peccata, quæ potuit prior. Secundò de Confessore inferiori, hoc est qui non valet absolvere eadem peccata, quia scilicet sunt reservata, quæ tamen potuit prior, quia erat vel Superior, vel delegatus ad reservata.

8 Quoad primum, Confessor secundus æqualis, si audiat eandem confessionem, quam audiit prior; potest commutare a vel minuere pœnitentiam. Ratio est quia secundus Confessor succedit loco prioris, quare sicut prior poterat minuere sententiam

*a Suar. d. 38. sect. 10. n. 4. & commun. Recent.*

§. 2. An

riam à se datam; sic hic poterit  
hic posterior.

b De Lug.  
de 1 cen.  
sec 6. d. 25  
n. 10.

19 Quoad secundum licet  
probabilius sit b non posse, quia  
inferior non potest, propter  
limitationem absolvendi, quam  
habet, succedere loco superioris,  
tamen quia ablata reservatione  
per primam absolutionem, jam illa  
peccata non sunt ulterius reservata,  
potest dici, quod jam inferior,  
respectu istius peccati, habet  
sufficientem jurisdictionem, & consequenter  
poterit, audita confessione, &  
hic etiam commutare, vel minuire  
pœnitentiam.

c Vasq.  
Henriq.  
Nav. ct.  
à De Luig.  
ib. n. 103.

§. 3.

An possit alius Confessarius commutare  
pœnitentiam, non audita Confessione.

à De Lug.  
ib. n. 100.

Certum est posse a secundo  
Confessario commutare primam pœnitentiam.